



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Seraphicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



LIBER I. CONSERVATIO I.

AMOR DEI,

Amor Seraphicus.

Schola Sancti Amoris est aperta in caelo, ubi velut Magistri praesident Seraphini caelestes, exemplo suo docentes modum amandi Deum: & omnes quidem sub magisterio magnae Matris Altissimi.

Seraphim stabant, volabant, & clamabant. (Isa. 6.) Seraphim lectorem verborum. *Stabant*, fixi & immoti in aspectu Dei. *Volabant*, in his Sancti amoris: amabant Deum, quem admirabantur. *Et clamabant*, laudando Deum, quem amabant.

Collatera ulterius, quomodo stabant, volabant, clamabant. *Stabant* super illud, elevati supra omnem creaturam, altissimam estimatione Dei, & humillimam creaturatum. *Volabant & velabant*: amabant, sed non propria confusione; quia nihil, aut parum cognoscere & amabant praeter illo, ut cognosceret & amaretur ac potest. *Et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus*; quia de omnibus perfectionibus suis laudandus est, praecipue vero de Sanctitate, quam nos vult imitari.

▲ Hae

LIBE

Hæc est lectio Seraphica, quæ traditur in cælis discenda, & exercenda in terra. *Stabis* defixus in motu, non rerum hujus mundi prætereuntem, sed eternarum, Deum æstimando ut bonam infinitum, non verò omnia, quasi nihilum. *Volabu*, amando locum amabilem, sed velatus propriâ cognitione tuorum peccatorumque tuorum. *Clamabu*, extollens tuas virtutes excellentias; supra omnes autem Sancti DEI: quam & imitari studebis ex divino oraculo. *Estote Sancti, quia ego Sanctus sum.* (Levit. 19. 2. 11.) imò sanctissimus. Ubi non intelligas æqualitatem sed similitudinem. Et hæc sufficiant pro primâ cognitione amoris Seraphici: transeamus ad propriam ipsius.

CONSIDERATIO II

AMOR DEI.

Amor semper mobilis.

PRIMA proprietas amoris Seraphici est, quod *semper mobilis.* (S. Dion. cæl. hier. c. 7.) Quia amant illi beati Spiritus, ac sunt in perpetuo motu vini amoris. Cæli semper moventur circa centrum terræ; & Seraphini semper ardent circa centrum cælestes in terram: & ex amore continuo Seraphinorum, nobis gratiæ divinæ mittuntur. O Seraphini semper amantes, nunquam lassamini! Non est fatigatio ubi cum amore conjuncta semper est admiratio, & fiderium semper accensum est.

Sed vide, quare semper in motu sint: quia *super illud.* Qui semper est supra, & extra creaturam semper est intra creatorem: quia nihil est melius quam quidquid non est DEUS, est res dependens a DEO. Foras igitur, foras, extra creaturas, & puritatorum Doctorum, & vos ipsos invenietur in DEO.